



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

6. De vtilitate religiosæ castitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

ram, & supra omnem legem, & ideo neq;
 in veteri, neque in noua lege imperatam.
 Excellentia autem huius virtutis nascitur
 ex summa difficultate, quā anima homi-
 nis habet in coercendis & frangendis im-
 portunis hostis duplicis insultibus, dome-
 stici videlicet, id est carnis, quæ continuò
 noctu diuque pugnat aduersus spiritū, &
 pugnabit vsque in finem vitæ. Deinde ex-
 terni, id est, dæmonis, qui nullo alio pec-
 cato plus gaudere dicitur, secundū quos-
 dam, quam impudicitia. ob quam pugna *Rō. 7.*
 exclamat Apostolus. *Infelix ego homo, quis
 me liberabit de corpore mortis huius?*

MEDITATIO VI

De utilitate religiosæ castitatis.

CONSIDERA eo nomine religioso utilis-
 sima esse, quod eius beneficio infinitis
 liberetur molestiis. & primò quidem car-
 nis, quæ vbi vel minimum obtinet impe-
 rium, etiam sapientes, vt liquet in Salo-
 mone, in barathrum vitiorum præcipites
 agit. Deinde, familiæ gubernandæ, quæ
 tantas sæpe difficultates adiunctas habet,
 vt redigant ad desperationem. Patrifam-

M m lias

has enim incumbit curanda vxor, liberorum educatio, collocatio filiarum, necessariorum rerum procuratio, vt famuli & ancillæ officio suo fungantur, vt omnes prohi sint & pij; Taceo varia incommoda & infastos casus, qui quotidie vel vxoris proteruæ, & litigiosæ, vel liberorum inobedientium, vel cognatorum litigantium causa incidunt. Religiosus autem velut cœli cuius sua vocatione contentus aliis necessaria ei curantibus tantum suæ salutis procurandæ vacat.

2. Considera, si quis noctu diuque cum immani fera commoraretur, eum in luculento vitæ discrimine futurum, ne aut morsu, aut veneno confiteretur, nisi os ei occludere possit, ne morderet, aut virus effunderet. Scias ergo feram nullam ferociorem, aut virulentiorē esse carne nostra, cum qua quoniam continenter versari cogimur, non dubium est quin anima nostra in magno versetur periculo. At ab hoc periculo eam vindicat castitas. nam concupiscentiam eius, quæ est os belluæ vinculo voti astringens, facit vt morderi vel venena fundere non possit. Secundò, perpende castitatem beneficio religionis & aliis præsiidiis munitam, vt fortius

VOT
tius o
carne
mnia
eand
uerter
mnes
tes,
cum r
facile
castus
Co
nō sol
ris vir
enim
nūs o
vel m
liquis
dior,
rior &
pietat
sed si
tate, n
rest es
potest
caro. C
cusan
natur
derin

tius crucifigere per eam possit religiosus carnem eum concupiscentiis, ac etiam omnia mundi & dæmonum tela ignea ad eandem inflammandam conuici solita auertere: per votum enim paupertatis omnes rescissæ sunt illecebæ & voluptates, per obedientiam omnis cōuersatio cum mundo, mundanisque hominibus facile autem est tueri castitatem inter castos.

CONSIDERA, castitatem religioso nō solum perutilem, sed etiam præ cæteris virtutib. maximè esse necessariā, nullo enim vitio bona religiosorū fama procliuus obscuratur, quam si contra castitatē vel minimum delinquat. Sit religiosus aliquis paulo tenacior, curiosior, & iracūdiior, sit animo plus æquò elatior, sit durior & asperior, nondum sanctitatis & pietatis iacturam apud homines facit, sed si sinistra quippiam audiatur de castitate, mox famam obscurat, quia non potest esse sanctitas, vbi est incōtinentia, nō potest esse Dei spiritus, vbi dominatur caro. Cuius ratio est, q̄ alia vitia facile excusantur: vel quod pueniāt a cōplexione naturali, vt iracūdia, vel q̄ bono sine acciderint, vt parcitas, vel asperitas. Deinde,

Mm a ratio

548 MEDITATIONES DE
ratione castitatis religiosi habentur pu-
rissimi, & speculum virtutum omnium; in
puro autē speculo facile apparet macula.

MEDITATIO VII.

De præstantia religiosa obedientia.

1. **C**ONsidera præstantiam eius posse co-
gnosci ex iudicio & exemplo Christi
Domini: quicquid enim in hac vita egit,
quicquid dixit, etsi ex omnium aliarum
virtutum fontibus flueret, huius tamen fe-
re adscribitur. Ipse testatur se de cælo de-
scendisse, non ut suam, sed Patris faceret
Ioã. 6. volūtatem. Apostolus quoque vitam eius
Phil. 2. totam, mortem, & mortis genus ad ve-
nam obedientiam refert. *Factus*, inquit,
Serm. 46. in *obediens usque ad mortem, mortem autem*
Cant. *crucis.* Et S. Bernardus scribit, cum mori
maluisse, quam non obedire. Ratio huius
est, quia per obedientiam volūtas nostra,
sensusq; omnis cum Deo arctissime con-
iungitur; in qua coniunctione omnis ho-
minum perfectio, & angelorum consistit.
Imò nullæ virtutes, adeoque ipsum mar-
tyrium alicuius sunt pretii vel meriti, nisi
ad Dei voluntatem exequendā referantur.
Consi-